CANTICUM IN B. VIRGINEM A MONTE CARMELO NUNCUPATAM AUCTORE...

Giuseppe Canonico



CANTICUM

IN B. VIRGINEM A MONTE CARMELO NUNCUPATAM

Auctore Josepho Canonico

PRESBYTERO NEAPOLITANO



NEAPOLI 1854
EX TIPOGRAPHEO VIDUAE MIRANDA
Posito via lata dicta delle Pigne
Quod Angelus de Cruce moderatur.



שִׁיר מִפַּרְטֵינוֹפֵּי הַמְּהוּלָּלָה
לְמִרְיָם מֵהַר כַּרְמֶל הַבְּתוּלָה :

מַה תַּגְמוּל אֲשֶׁר אָשִׁיב לָךְ וּתְהִלָּה
מִרְיָם מֵהַר הַכַּרְמֶל הַבְּתוּלָה
מַלְכַּת שָׁמַיִם וָאָרֶץ וּמְלֹאָהּ
בְּזֹאת שָׁנָה שֶׁהִיא אַחַר הַמֵּאָה :

כִּי בָהּ אֶזְכּוֹר מַתָּנַת תְּרוּמָתֵךְ
הֲלֹא הוּא אֵפוֹד קָטוֹן בִּתְמוּנָתֵךְ
שֶׁנָּתַתְּ אַתְּ לַמְּשִׁיחִיִּים בָּנַיִךְ
בְּיַד שִׁמְעוֹן סְטוֹק בִּמְכַמָּנַיִךְ :

הַנּוֹתֵן עוֹז לֶחָלָשׁ וְלַקָּטָן
וְעֵזֶר לְמִי מֻרְדָּף מִן הַשָּׂטָן
וּתְקוּמָה לְכֹל עֲנִיִּים וּמְרוּדִים
תְּשׁוּבָה לַפּוֹשְׁעִים וּמוֹרְדִים :

אַתְּ אֲרוֹן הַבְּרִית וְלָאֵל הֲדוֹם
אֲשֶׁר הִצְלִיחַ אֶת בֵּית עוֹבֵד אֱדוֹם
כֵּן אֵפוֹדֵךְ יִשָּׂא כֹל טוֹב רוֹב אוֹנִים
לְכֹל הָעָם הַזֶּה הַמַּאֲמִינִים :

כֹּל חֵן וְטוּב נִתַּן לִי בַּעֲבוּרוֹ
לֹא נִשְׂרַפְתִּי מִיִּסּוּרָיו מִשִּׁבְרוֹ
מִן הַדֶּבֶר מִן הָרָעָב נִצַּלְתִּי
מִמֶּרֶד וּמִכֹּל צָרוֹת נִשְׁמַרְתִּי׃

בִּגְלָלוֹ אֶשְׁכְּנָה כְּעֵץ רַעֲנָן
מַלְכֵּנוּ כִּי בְּצֵל שַׁדַּי יִתְלוֹנָן
אֲשֶׁר הוּא שָׂר חָכָם חָסִיד וְנָבוֹן
בִּזְכוּתוֹ נִתַּן לִי בְּלִי דַאֲבוֹן׃

וְגַם רוֹעֶה צֹאן הַחַשְׁמָן הַגָּדוֹל
תִּקְוָה וָעוֹז לַקְּהִלָּה וּמִגְדּוֹל
כְּרוֹעֶה עֶדְרוֹ יִרְעֶה בְּנֵי עִירִי
וּבְחָכְמָתוֹ הָרָמָה הוּא מְזוֹרִי׃

הַאִם יְכוֹלֶת אֵין לִי לְהַלְּלֶךָ
כִּי לֹא גָמַרְתִּי לְסַפּוֹר אֶת גָּדְלֶךָ
כִּי נִשְׁבַּעְתִּי לְיוֹשֵׁב בַּמְּרוֹמִים
לְךָ אֶקּוֹד וְאֶתְפַּלֵּל כֹּל הַיָּמִים׃

PARAPHRASIS

CANTICUM PARTHENOPES INCLYTAE

AD MARIAM MONTIS CARMELI VIRGINEM.

Quas Tibi Carmeli Montis Sanctissima Virgo,
Perpetuo quae Caelum ac terras Numine torques,
Persolvam grates, remeante hoc tempore sacro,
Quo parvam memini vestem tua imagine claram,
Christiadum decus altum, quam celeberrimus ille
Stokius a Te accepit, ut esset rebus in arctis
Toti praesidio Mundo, populisque saluti?
Scilicet illa animum praebet formidine pressis,
Invalidos firmat, victumque ministrat egenis,
Et Stygias hominum prohibet cervicibus iras,
Quos etiam ad rectum revocat, si pectore condunt
Flagitii sordem, quod nigrum ducit ad Orcum.
Utque domum Obededom cumulavit foederis Arca
Muneribus, queis vixit ab omni parte beata:
Sic illa aerumnas pellit, casusque sinistros,
Et reserat dulces miseris mortalibus auras.
Haud equidem mendacia iacto, nam auspice tanto
Non me vastarunt, quos nutrit Vesvius ignes,
Non ullum exilium me, me non ulla virûm vis
Fregit, nec malesuada fames, et horrida pestis.
Ipsa ego, ceu frondens arbor, quae Rege vigesco,
Maxima quem decorat pietas, et vivida virtus

Iustitiae , rectique tenax , et nescia falli ,
Fortis in adversis et non effrena secundis ,
Docta modum , finesque suos imponere rebus.
Me quoque fortunat venerandus murice Praesul ,
Qui mente invicta iura intemerata tuetur ,
Meque regit semper virtute, et legibus aequi.
Caetera quid dicam ? Ah longum est numerare favores :
Hinc sileo : et quamvis reddendis gratibus impar ,
Hoc tamen acceptum referam , et si carminis usus
Est aliquis mihi , si quis spiritus oris , id omne ,
Per Numen iuro , in tua ego praeconia fundam ,
Teque colam assidue, et genibus minor usque precabor

COMMISSIONE ARCIVESCOVILE

Per la revisione Arcivescovile.

Nihil obstat
Andreas Can. Ferrigni
Censor Theologus

Imprimatur
pro Deputato
Leopoldus Ruggiero
a Secretis.

Ministero e Real Segreteria di Stato della Polizia. Se ne permette la stampa 19 giugno 1854. *Luigi Bartolomucci*, Regio Revisore del Ministero.